

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Ociositas d
cum fonte primo

Ociosum uerbum est quod sine
utilitate loquentis et audientis dicitur,
sed qui
de rebus friuolis loquitur et
fabulas antiquas narrat.
Ceterum qui scurrilia replicat et
cachinnis ora dissoluit et
aliquid turpitudinis profert, hic non
ociosis uerbis sed criminosis tenebitur
reus.

Ieronymus super Mattheum libro I.

Otiosum uerbum est quod sine
utilitate et loquentis dicitur et audientis,
si omissis seriis
de rebus friuolis loquamur et
fabulas narremus antiquas.
Ceterum qui scurrilia replicat et
cacinnis ora dissoluit et
aliquid profert turpitudinis, hic non
otiosi uerbi sed criminosi tenebitur
reus.

Hieronymus Stridonensis, *Commentarii
in euangelium Matthei*, 2 (CCSL 77, D.
Hurst & M. Adriaen eds., p.96, ll.539-
543).